



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 147. Decretum ad FF. Minores, necnon aliud de securitatis publicæ
literis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A. C. 1415.

de sinceritate mentis suæ testificatione subscripsit. Quo factò nihilominus in carcerem reductus fuit, nec Commissarii, prout optabant, illum libertati asserere poterant.

§. CXLVII.

Decretum ad Fratres Minores, & de securitatis publicæ literis.

Ibid. p. 166. Deinde plura legebantur Decreta, quorum primum concernebat Fratres Minores strictioris observantiæ. Examinandæ proponebantur nonnullorum dicti ordinis querelæ contra quosdam, qui cum Sacræ Regulæ spiritum, ac observantiæ studium tueri deberent, laxiorem introducebant disciplinam; deputabantur igitur hanc in rem Commissarii, Cardinales Ursinus, & Cameracensis. In secundo Decreto Concilium declarat, in quantum validæ censeantur impunitatis literæ, quas Principes sæculares hæreticis concederent, dicitque, *quod nullum fidei Catholicæ vel jurisdictioni Ecclesiasticæ præjudicium generare vel impedimentum præstare possint aut debeant, quominus contra eos tali salvo conductu munitos liceat judici competenti de hujusmodi erroribus inquirere, procedere, & punire, quantum justitia sua-debit, si suos errores revocare pertinaciter recusaverint, etiamsi de salvo conductu confisi,*

fisi, ad locum venerint iudicii, alias non ven-
 turi, nec sic promittentem, cum fecerit, quod
 in ipso est, hoc in aliquo remansisse obliga-
 tum. Aliud adhuc lectum fuit Decre-
 tum, in quo Synodo latam a se contra
 Hussum sententiam vindicat, hoc tenore: Cum Joannes Huss fidem orthodoxam
 pertinaciter impugnans, se ab omni salvo con-
 ductu & privilegio reddiderit alienum, nec
 aliqua sibi fides aut promissio de jure natura-
 li, divino, vel humano fuerit in præjudi-
 cium Catholicæ fidei observanda, Synodus
 declarat, Imperatorem circa Joannem Hus-
 sum, non obstante memorato salvo conductu,
 ex juris debito fecisse, quod licuit & debuit,
 omnibus cujuscunque status & dignita-
 tis præcipiens, ut nullus deinceps Con-
 cilio, vel Cæsari de gestis circa Joannem
 Hussum, detrahat, sive quomodolibet ob-
 loquatur. Qui vero contrarium fecerit,
 tanquam fautor hæreticæ pravitatis, &
 reus criminis læsæ Majestatis sine spe
 veniæ puniatur. Exhibet hoc Decretum
 Vonder-Hardtus tom. 4. p. 522. sed in
 Concilii actis impressum non habetur.

Sæcul. XV.
 A. C. 1415.

§. CXLVIII.

Confirmatio Bullæ Carolinæ.

Alia præterea lecta fuere Decreta, quo-
 rum altero confirmata fuit Constitu-
 tio, seu Bulla Carolina immunitatem Ec-
 clesia-

Vonder
 Hardt to. 4.
 p. 523.